



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. II. Ad Cap. Rodulphus 35.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

- | | |
|--|---|
| 1. Laudunensis, <i>Laon</i> , Dux & Par Francia. | est navale, Veteribus Gesforiacus dictus. |
| 2. Catalaunensis, <i>Chalon</i> , Comes & Par Francia. | 5. Ambianensis, <i>Amiens</i> . |
| 3. Sveffionensis, <i>Sveffon</i> . | 6. Noviomagensis, <i>Noion</i> , Comes & Par Francia. |
| 4. Morinensis. Hujus sedes Teroana Morinorum Bononiam est translata, ubi | 7. Sylvanectensis, <i>Senlis</i> . |
| | 8. Belovacensis, <i>Beauvais</i> , Comes & Par Francia. |

Abbas Cariloci.

Ubi ejus mentio.

Sylvanectensi Episcopo jungitur Abbas Cariloci in hoc capitulo. Duas Abbantias continet Sylvanectensis Episcopatus; *Maria de Victoriâ*, ordinis S. Augustini, & *Cariloci*, ordinis Cisterciensis, vulgo *Charly*. Hujus nominis quatuor esse in Gallia Abbantias vel Prioratus dicit Bosquetus. At Alteserra duas tantum ponit, unam, hanc nostram, alteram in Bisuntinâ diœcesi, de quâ in vitâ Bernardi Clarevallensis *lib. 4. c. 4.* Hoc loco inscriptio docet, intelligi Abbatiam diœcesis Sylvanectensis. Hujus Abbatis meminit Alexander III. *cap. cum dilecti. X. de Emt. & vend.* eique rescribit Innocentius III. *cap. ex parte. 10. X. de temp. ordin.* ubi forsân nos plura.

CAP. II.

Ad Cap. Rodolphus 35.

S U M M A R I A.

- | | |
|--------------------------------|--|
| 1. Priores, qui & quotuplices. | 4. Seculares. |
| 2. Claustrales. | 5. Sagiensis Episcopus. Seez in Normand. |
| 3. Conventuales. | |

Priores, qui & quotuplices. Claustrales. Conventuales.

Priores dicuntur, qui super alias Ecclesiæ alicujus personas constituti sunt, horum alii claustrales, alii conventuales. *Clem. 2. de Rescr.* alii seculares. Claustrales sunt, qui præsunt Cœnobitis post Abbatem vel alium Antistitem, quorum funguntur potestate vicariâ intra monasterii claustra *c. cum ad monasterium. X. de Stat. Monachor.* Conventuales illi, qui principes cœnobio constituti sunt, quibus nullus Abbas vel alius dignior præest. *Clement. 1. §. ceterum. de St. Monach.* Hic Prioratus dignitas est, claustralis non item. *gl. in Clement. 2. de Rescr.* in verbo,

bo, conventualem, & Panorm. in c. nisi. de praben. Seculares di- *Seculares.*
 cuntur, qui habent beneficium Prioratus, quod solum est regi
 per clericos seculares. Vide P: Gregor. *syn. 15. c. 18.* Sagiensis Epi- *Sagiensis*
 scopi meminit Ivo in Epistolis & concilium Aurelianense. Ejus *Episcopus.*
 mentio quoque est in vitâ S. Ansiberti & S. Opportunæ. Seez in
 Normandiâ hodie, teste Belleforestio. Eandem facit Vinetus in
 Aufonium Sajorum civitatem.

CAP. III.

Ad cap. 37. De monitoriis, præceptoriiis
& exsecutoriis literis.

S U M M A R I A.

- | | |
|-------------------------------|----------------------------|
| 1. Monitoria præcedant execu- | 3. Præceptorias. |
| torias. | 4. Exsecutorias. |
| 2. Origo monitoriorum. | 5. Formula præceptoriarum. |

MAndat Pontifex, ut si nullæ monitoriæ præcesserint, ex- *Monitoria*
 secutoriis supersedeatur. Harum literarum origo & *præcedant*
 progressus hic fuit. Ab initio, ne collatores ordinarii *exsecuto-*
 gravius conquererentur de imminutis sibi suis juribus, *rias.*
 Pontifices non statim & primis literis compellebant eos, ad con-
 ferendum vacans vel proximè vacaturum beneficium: sed primo
 monitorias scribebant, quibus mandabant ordinarios collatores, *Origo mo-*
 ut beneficia conferrent, impetrantibus has literas, quibus si non *onitoriorum.*
 obtemperabatur, inde præceptorias, quibus præcipiebant ordina- *Præcepto-*
 riis, ut conferrent beneficia, vel vacantia jam, vel propediem va- *ria.*
 catura, quod si perseverarent, denique exsecutorias dabant, qui- *Exsecuto-*
 bus Exsecutorem delegabant, qui recipi faceret impetrantem & *ria.*
 provideret de beneficio. Progressu temporis quia non obstanti-
 bus prædictis formulis poterat adhuc beneficium ordinarius alteri
 conferre, c. si soli ordinario. de concessi. prab. in 6. Non ampli-
 us tres literas per temporum intervalla, sed unas tantum dede-
 runt, dato statim exsecutore, qui cessante ordinario collatore,
 conferret. Id agrè ferebant ordinarii collatores, nec destiterunt,
 donec jure novo rescriptorum de providendo, maximè ad vacatura